Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

asine loquelam prestare quia non
habuit aut homini auferre quia habuit
Sed si omnipotentem cogitamus eiusdem
facilitatis esse perpendimus asine dare
quod non habuit et homini auferre quod habuit
Sed ad propositum redeamus perseuerante
regis fratre sic nec aliqua racione
loqui valente turbatus est rex et
omnis curia eius cum illo · Sed quid age-
ret? Manum dei nouerat cui resistere
nemo posset et digitum eius cui nec
magis pharaonis contraire facile foret En
frater eius prodigium factus est multis / en
eo parte quodammodo quasi simulachrum
os habet et non loquitur nec est sapiencia
nec prudencia nec consilium contra dominum
cuius manus tetigit eum / sed ad horam
flagellum quippe fuit sed filiorum quo fla-
gellat deus omnem filium quem recipit